

monendos ceteros esse, ut apstinerent se a tam foedo genere negotiation., hoc praecipue sacculo, quo excitari nova | et ornari universa<sup>20</sup>, quibus felicitas orbis terrarum splenderet, magis conveniret, quam ruinis aedificiorum ullam partem deform[are]<sup>21</sup> | Italiae et adhuc retinere priorum temporum [incuriam quae universa affecisset] | (45) ita ut diceretur senectute actum . . . . | Censuere. In senatu [fuerunt] . . . .

*Herculanei rep., ex tabat Neapoli, tabula aenea (X 1401 semel ut videtur descripta circa a. 1605, quod apographum tribus exemplis ad nos propagatum est hic illic interpolatis). Memorant horum senatus consultorum alterum Paulus (v. infra not. 42) et imp. Alexander Cod. Iust. 8, 40, 2; cf. etiam Dig. 59, 2, 48. Utrumque tractavit Bachofen die Bestimmungen der roem. Kaiser über die Erhaltung der Privatgebäude in Rom und Italien (Ausgewählte Lehren des roem. Civilrechts, 1848, p. 185 seq.), qui noscere non potuit legum municipalium postea demum repertarum N. 6086. 6087. 6089 capita huc spectantia, Tarentinae (v. 32 seq.), Ursonensis (cap. LXXV), Malacitanae (cap. LXII). — 1) Consules fuerunt ante a. 47 (cf. not. 2), post a. 44 (cf. Dio 60, 20). — 2) Instabant nempe ludi saeculares a Claudio celebrati anno 47. — 3) custodiae ex. I. II, custodia ex. III. — 4) Domuum. — 5) aera. ex I. II, aerarium ex. III. — 6) oportere, 7) emerint, 8) intra traditur. — 9) dominio traditur. — 10) Consules ordinarii a. p. Chr. 56. — 11) decim. vel decem. traditur. — 12) Haec verbo tenus refert Paulus Dig. 18, 1, 52. — 13) quam vel quod traditur (quo plus Paulus). — 14) Huc usque Paulus l. c. — 15) Gelsiliae traditur. — 16) Ser. Mutinensi (cf. not. 47). — 17) matri ex. I. II. Campi Macri circa Mutinam et Parmam saepius memorantur (Colum. 7, 2, 3, Strab. 5 p. 216 cet.). — 18) deserta cruentia vel deseri ac ruentia traditur. — 19) conditione, 20) in universa, 21) deformem traditur.*